

plures dies divis[*sent, e*]as uno die peregristis⁷; murum lo[*ngi*] operis et qualis mansuris hibernaculis fieri solet non [mul]-
to diutius extrucistis quam caespite exstruitur, qui m[*o*]-
dulo pari caesus et vehitur facile et tractatur et sine mo[*les*]-
tia struitur, ut mollis et planus pro natura sua: vos lapi[*dibus*]
grandibus gravibus inaequalibus, quos neque vehere n[*e*]-
que attollere neque locare quis possit, nisi ut inaequa[*lita*]-
tes inter se compareant. Fossam glaria duram scabram[*que*]
recte percussistis et radendo levem reddidistis. Opere pr[*o*]-
bato introgressi castra raptim et cibum et arma cepistis,
equitem emissum secuti, magno clamore revertentem per

(*nonnulla perierunt*)

laudo, quod convertuit vos⁸ ad hanc exercitat[*ionem, quae verae di*]-
micationis imaginem accepit et sic exercet, [ut lau]-
dare vos possim. Cornelianus praefectus ves[*ter officio suo sa*]-
tisfecit. Contrari discursus non placent mihi[*i*],⁹
est auctor. E tecto transcurrat eques et pe[*rsequatur caute; nam si non*]
videt qua vadat aut si voluerit ecum r[*etinere nequit, non potest*]
quin sit obnoxius caliculis tectis
. tis congregari debetis concurr[*ere*].
. iam adversus hosti facienda

[*N*]on. Iul. Zarai¹⁰, coh.

. varetis et di
.

(*In latere intuentibus sinistro*)

. [Catullinus leg. meus c. v. copiis omni]-
bus quibus praeest parem curam suam exhib[*et*]¹¹, [prae]-
fectus vester sollicitate videtur vobis attendere. Congiar[*i*]-
um accipite, viatoriam in Commagenorum campos Allete[*os*].¹²

eq. coh. VI Commagenorum.¹³

Difficile est cohortales equites etiam per se placere, difficilius post ala-
rem exercitationem¹⁴ non displicere: alia spatia campi, alius iacu-
lantium numerus, frequens dextrator, Cantabricus densus¹⁵,
equorum forma armorum cultus pro stipendi modo.¹⁶ Verum
vos fastidium calore vitastis¹⁷, strenue faciendo quae fieri debe-
bant; addidistis ut et lapides fundis mitteretis et missilibus con-
flingeretis; saluistis ubique expedite. Catullini leg. mei c. v.¹⁸

[*insignis cura*] apparet, quod tales vos sub i[*ll*]o v

*Lambaesi, basis fracta, nuper Parisios translata (VIII 2552 VIII S. 18042
viderunt Wilmanns et Cagnat, ectypa accuratissime recognovit I. Schmidt, quem
in supplementis quoque secutus sum; praetermissi fragmenta minora nonnulla quae*